



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. IV. Sententia Puteani refellitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

DISPUTATIO NONA

modificans cognitionem divinam, est intelligibilis in essentia divina: Ergo pro omni priori, quo intelligitur Dei cognitio secunda, paternitas in divina essentia intelligibilis est; & consequenter, non cognitio paternitate, non potest pro illo priori Dei essentia comprehendendi.

§. III.

Precipue Objectiones solvuntur.

9. **O**bijicunt in primis Scotti: Cognitio non pender per se ab objecto secundario, sed tantum à primario & specificativo: Atque sola divina essentia est objectum primarium & specificativum divinae intellectionis, ex qua Verbum procedit; relationes vero & personae, ad objectum tantum secundarium pertinent, ut in Tra-

Diss. 2.
Art. 3.

ctatu de Atributis docuimus: Ergo Verbum per se non procedit ex cognitione paternitatis & aliarum relationum, sed solum ex cognitione essentiae.

10. **C**onfirmatur & magis illustratur haec ratio. Objectum primarium prius cognoscitur quam secundarium; unde divina cognitio prius terminatur ad essentiam, quam ad paternitatem: Sed in illo priori sufficiens est ad producendum Verbum: Ergo ex illa, prout praescise ad essentiam terminata, Verbum procedit.

11. **R**espondeo primò, ratiocinando argumentum in Adversarios: nam plures ex Scotti Discipulis docent Verbum per se procedere, non solum ex cognitione essentiae, verum etiam attributorum: Sed attributa, sicut & relationes, pertinent ad objectum tantum secundarium divinae intellectionis: Ergo ex eo quod relationes ad objectum tantum secundarium divinae intellectionis pertineant, non recte infertur Verbum divinum ex cognitione paternitatis & aliarum relationum non procedere.

12.

Respondeo secundò distinguendo Majorem: Cognitio non pender per se ab objecto secundario: quando sine illo objectum primarium potest intuitiva & comprehensiva cognosci, concedo Majorem: Si sine illo non possit haberi cognitione intuitiva & comprehensiva objecti primarii: nego Majorem; & sub eadem distinctione Minoris, nego consequentiam. Nam licet paternitas & alias relationes ad objectum tantum secundarium divinae intellectionis pertineant: quia tamen cognitio essentiae, quae est primarium eius objectum, non potest esse intuitiva; nec comprehensiva, nisi ad relationes terminetur, ut ostendemus §. sequenti, Verbum divinum non solum ex essentia attributorum, sed etiam paternitatis & alias relationum cognitione procedit.

13.

Ad confirmationem distinguo etiam Majorem: Objectum primarium prius cognoscitur quam secundarium, prioritate à quo, concedo Majorem: prioritate in quo, subdistinguendo Majorem: si secundarium in primario includatur essentialiter, nego Majorem. Si non includatur, concedo Majorem. Unde quavis relations ad objectum secundarium divinae cognitionis pertineant: quia tamen essentialiter includuntur in essentia, ut ostendimus diss. 3, vel saltem, ut omnes fatentur, cum illa essentialiter connectantur, essentia non cognoscitur prius quam relations, prioritate in quo, sed solum à quo, quia est ratio sibi qua relationes terminant cognitionem divinam.

14.

Arguit secundò Scotti Discipuli: Verbum solum per se procedit ex cognitione illius quod per se representat: Sed representat tantum es-

A sentiam & non paternitatem: Ergo ex cognitione solum essentia per se procedit. Major est certa, Minor vero probatur. Verbum representat Patrem, ut imago illius: Sed non est imago. Partis ratione paternitatis, fed ratione essentiae, cum solum assimiletur Patti in essentia, non videtur in paternitate: Ergo per se representat ratione Patris essentiam, non autem paternitatem.

Respondeo concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, concedo eam: Majorem, & distinguo Minorem: Verbum est imago Patris ratione essentiae, inadäquate, concedo: adäquate, nego. Ut enim docet D. Thomas quest. sequenti art. 1. duo sunt deratione imaginis, similitudo scilicet, & origo seu expressio: unde imago non solum representare debet id in quo est similitudo, sed etiam id à quo tanquam à principio procedit; & consequenter Verbum, prout imago, non solum representat per se Patris naturam, sed etiam adäquatum principium à quo procedit; apropinque ipsam relationem paternitatis, quae per se requirit in principio quo, per modum connotati (ut diss. 2. docuimus) & in recto principio quo. Nec ex eo quod solum in natura Verbum sit similitudo, recte colligunt esse imaginem Patris solum ratione naturae; quia ad rationem imaginis non solum exigunt similitudinem, sed etiam distinctio.

Necesse est quod solum in natura Verbum sit similitudo, recte colligunt esse imaginem Patris solum ratione naturae; quia ad rationem imaginis non solum exigunt similitudinem, sed etiam distinctio.

Respondereret enim, negando Antecedentiam etiam deducio seu processio imaginis ab exemplari, est ratio cuius imago illud representet: principium enim in eo cuius est principium cognoscitur, & Pater se in filio ut principium filii cognoscit, ut docet D. Thos. in 1. diss. 27. q. 2. a. 2. ad 3.

§. IV.

Sententia Putanei refellitur.

Dico secundò: Verbum per se in quanto modo ex cognitione sui procedere.

Probatur primò: Verbum per se procedit ex cognitione Paternitatis, ut §. precedens ostendimus: Sed paternitas non potest cognosci, nisi etiam cognoscatur filiatione, eò quod relationes sunt simul naturae & cognitione: Ergo Verbum non solum ex cognitione paternitatis, sed etiam ex notitia sui procedit.

Dices, Verbum procedere ex cognitione paternitatis, ut est forma hypothetica, non autem ut exercet munus relationis, sub quo solum est simul naturae & cognitione cum filiatione.

E Sed contra primò: Ex hac responsione legitur Verbum non procedere ex cognitione Patris, ut Pater est; cuius oppositum docet Putanus loco citato. Sequitur probatur: Pater per paternitatem, sub expresso conceptu relationis, in ratione Patris constitutus: Ergo non cognitio paternitate, sub conceptu relationis, non cognoscitur Pater formaliter in quantum Pater, & consequenter Filius ex cognitione Patris, ut Pater est, non procedit.

Præterea, cum paternitas, ut forma hypothetica & ut relatio, sit vel unus & idem conceptus virtualiter multiplex, vel duo inadäquate inter se conexi, ut constabat ex diss. 3. art. 2. quando agemus de constitutivo divinarum personarum

DE PERSONA FILII.

237

natum, repugnat comprehendi paternitatem sub suo conceptu hypothesis, illa non cognitā sub conceptu referentis.

Probatur secundū conclusio, Verbum procedit ex cognitione comprehensiva essentia: Sed haec nequit comprehendēti, nisi in illa cognoscatur filiosum ex vi illius sit cognoscibilis non solum paternitas, sed etiam filiatio: Ergo Verbum non solum ex cognitione paternitatis, sed etiam filiationis per se procedit.

Respondebis: Pro priori originis ad Verbum, essentiam divinam ut cognitam esse quidem medium sufficiens cognoscendi paternitatem, non tamen filiationem; quia cum filatio pro illo priori sit, cognoscibilis non est: unde pro illo priori non potest comprehendēti essentia, non cognitā paternitate, bene tamen non cognitā filiatione.

Sed contra primum: Pro illo priori est cognoscibilis essentia ut radix filiationis, cum hoc praeditum ab soluto & essentiā sit: Sed non potest essentia ut radix filiationis cognoscī, non cognitā filiatione: quia (ut suprā dicebamus) radix ut alii comprehendēti nequit, nisi cognoscatur id cuius est radix: Ergo pro illo priori potest in essentia & ex illa, cognoscī filatio & consequenter filiatione non cognitā, essentia comprehendēti non potest.

Secundo. Prioritas illa non est durationis, immo nec naturae, sed tantum originis: Ergo cum illa sit simultanea filiationis & paternitatis duratio, & consequenter simultanea utriusque cognitionis. Consequēti patebit ex dicendis infra, impugnando sententiam Vazquez.

§. V.

Principia Puteana fundamenta convelluntur.

Obicies primò cum Puteano: Sola intellectio essentia, prout in Patre, est fœcunda ad Verbi productionem: Ergo Verbum ex solius essentia & paternitatis cognitione procedit. Consequēti videtur bona; Antecedens autem probatur ex communi doctrina, afferente intellectiō ad generandum fœcundam, non esse communem, sed notionalem, & Patri propriam: Ergo sola intellectio essentia, prout in Patre, est fœcunda ad generandum.

Hoc est principium ac ferē unicum hujus Authoris fundamenū. Sed in hoc hallucinatus est, quod inter subjectum & terminum cognitionis, ex qua Verbum procedit, nescivit distinguere. Unde facile te pondetur, distinguendo Antecedens sola intellectio essentia, prout in Patre est fœcunda, prout denotante subjectum seu principium generans, concedo. Antecedens, denotante objectum seu terminum cognitionis, quā est generandi principiū, nego. Antecedens, & Consequentiam, itaque libenter concedimus, quād essentia & trium personarū cognitionis est fœcunda solum prout est in Patre, non verò prout in filio & Spiritu Sancto; negamus tamen, quod solius essentia & paternitatis cognitionis fœcunda sit, & quod illa tantum per se concurredat ad Verbi productionem, nam etiam cognitione Filii & Spiritus Sancti, prout est in Patre, & prout paternitate affecta & modificta, est fœcunda ut quo, & per se concurredit ad Verbi generationem.

Obicies secundo: Filiatio in eo primo signo, in quo divina intellectio terminatur ad essentiam, est cognoscibilis: Ergo Verbum ex cognitione illius non potest procedere. Consequēti pars, Antecedens probatur. Notitia intuici-

A va supponit suum objectum existens: Sed Filius in illo signo, in quo divina intellectio terminatur ad essentiam, non supponitur existens, cum in tali signo non supponatur productus: Ergo in illo priori notitia intuivam terminare non potest; cūmque abstractivē cognosci nequeat, in tali signo cognoscibilis non est.

Quidam hoc argumento convicti, docent Verbum non procedere ex cognitione sui intuitiva, sed abstractiva. Ita Raphaël de Averla sic sect. 3. concl. 5. & quidam alii.

Hactenam doctrina alii Theologis displaceat, & communiter rejicitur. Primo, quia Verbum procedit ex cognitione beatifica Patris; Sed beatitudo Patris in cognitione intuitiva Trinitatis consistit, ut de beatitudine nostra communiter docent Theologi: Ergo Verbum ex cognitione intuitiva Trinitatis, & per consequens sui ipsius, procedit.

Secundo, Verbum procedit ex cognitione intuitiva essentia: Sed essentia divina non potest in se videri, non visus personis, ut in Tractatu de Visions beatifica ostensum est: Ergo idem quod prius.

Diss. 5.
Art. 2.

Tertio, Verbum procedit ex illa cognitione sui, quam Pater illū generando ei communicat; At notitia sui quam Pater Verbo communicat, non est abstractiva, sed intuitiva; alias Verbum leipsum abstractivē ratiū cognoscet: Ergo Verbum ex intuitiva sui cognitione procedit.

Quarto, Objectum abstractivē cognitum debet ab existentia præscindere: At Verbum ab existentia in Dei cognitione præscindere nequit, cum existentia sit illi essentia: Ergo non potest abstractivē cognosci.

Denique, ad rationem notitia & intuitiva (ut §. sequenti ostendemus) sufficit coexistentia cū suo objecto, in eadem durationis mensura: At notitia quā Verbum procedit, illi in eodem instanti coexistit: Ergo est intuitiva Verbi. Unde

Ad argumentum respondeo, negando Antecedens. Ad cuius probationem dicendum est, cognitionem intuitivam supponere illū objectum existens, quando est purè speculativa, & nullo modo practica, tēcū verò quando est eminenti modo speculativa & practica Pater hoc in scientia visionis Dei, quā quia eminenti quodammodo est speculativa & practica, non supponit, sed facit reiū existentiam & futuritatem; sive, ut loquitur D. Gregorius, Non existentia videntur creari. & existentia videntur continer. Id etiam constat in intellectu creato, qui cognoscendo enī rationis illa efficit; & qui eadem actione quā verbum producit, illud videt & contemplatur. Cū ergo cognitio ex qua Verbum divinum procedit, sit veluti practica respectu illius, non debet supponere illud ut existens, sed potius debet illi tribuerē existentiam, illudque videntio producere, ac producendo videre.

Lib. 3.
Moral.
cap. 4.

§. VI.

Sententia Vazquez impugnatur.

Dico quartō, Verbum per se in quarto modo ex cognitione Spiritus Sancti procedere.

Probatur primò ex D. Thoma hic art. 1. ad 28. 3. ubi ait: Sic ergo uni soli persone convenit dixi, eo modo quo dicitur Verbum, eo verò modo quo dicitur res in Verbo intellecta, cuilibet persona convenit dici: Pater enim intelligendo se, & Filium, & Spiritum Sanctum, & omnia alia quā ejus scientia continentur, concepit Verbum, ut si tota Trinitas verbe-

Gg 3

dica-